



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hiob

Brenz, Johannes

Haganoæ

VD16 B 3079

Cap. III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36516

rerū statu, prosperitati, calamitas successerit, desperat, quò se uertat, nescia, quādo iam Dominus, caput suū occuluerit, Esa. 59. expectauimus lucē, & ecce tenebræ: splendorē, & in tenebris ambulamus, Hie. 24. Expectauimus pacē, & nō est: bonū tēpus curationis, & ecce turbatio. Vnde et Hiob, ex uita pbe et fideliter instituta pollicebatur sibi oīa scēlicia: sed ecce subito uenit calamitas, qua maior hoī uix accidere potest, usq; adeo Dominus suos p̄fundissime subprimit ut altissime eleuet.

CAP. III.

Respondens Eliphaz Themanites dixit.

Status disputatiōis totius amicorum Hiob, cū ipso usq; ad finem libri.

Hactenus, futura cōtrouersia, inter Hiob et amicos eius, fundamenta tacta sunt, & belli præludium propositū est, testimonio enim Domini, Hiob pius, rectus, & Deum timens pronuntiatur, adfligitur tamen, perinde ac impiissimus quispiam, & à Deo abiectissimus. Erumpit præterea, in impias blasphemias, ut in priori capite dictum est. Hinc nascitur inter carnaliter prudentes et spiritualiter eruditos, cōtrouersia: num Deus piū quempiā, citra ullam impietatis causam, pro sola sua libidine uel ad dūctū ad fligat & iudicio impiorū afficiat? habet hæc questio utrinq;

utriusque suos assertores: qui enim carne duntaxat sa-
 piunt, contendere solent, Deum pro immensa sua sapientia
 & iusticia, neminem citra meritum, & impietatis notam
 adfligere, scilicet, diuinam sapientiam, e carnali ra-
 tione metientes, quæ neminem, nisi iustis de causis me-
 ritum, digne puniri pronunciat, ac eam demum, ue-
 ram iusticiam esse putat, cum supplicium culpæ & noxæ
 detur, & præmiū merito: proinde, ex afflictionibus
 & calamitatibus, concludunt falsissima ratione, me-
 ritum et impietatem, ac perfricta fronte, eum impiū
 iudicant, qui impiorū supplicia, & maledictiōes su-
 stinet: ubicunq; enim, caro poenam inuenerit, ibi cul-
 pam arguit, & ubi præmiū, ibi meritum: contra ue-
 ro, qui oculis Dei, hoc est, spiritu sancto, uident, rem-
 eum, ut dicitur, tangunt: non enim ex afflictionibus, *iudicium spī-*
 aut carnalibus benedictionibus, uel impietatem, uel *ritus, in adfit-*
 pietatem hominis aestimant, sed potius, ex pietate & *tionibus.*
 impietate, afflictiones: siquidē cum piū hominē, &
 piā causam eius inuenerint, iudicant ex uerbo Do-
 mini, afflictiones, non esse indignantis Dei signum,
 aut impietatis supplicium, sed crucem, fauorem
 Dei summum declarantem. Cum uero impiū homi-
 nem, & causam eius impiam cognouerint, iudicant
 afflictiones esse uera et legitima impietatis stipendia. Hiobis, & a-
 dia. In huius controuersie arena, uersatur etiā Hiob micorum cons-
 tum amicis suis: nam amici, ut sunt iuxta carnem, trouersia.

A N N O T . I N H I O B

uiri prudentissimi, contendunt Hiobem esse impiū,
 propterea quod adfligatur, Deum enim iustore esse
 quā ut tam horrendo supplicio, adfligat, bene de
 pietate meritum: Hiob uero contra depellit, suā in
 nocentiam adserendo, docens adflictiones, nō sem-
 per impietatem, aut iram Dei arguere, sed interim
 crucem esse, qua Deus suos electos, ueluti aurū igne
 probet & purificet, ac suam gloriā, in deiiciendis,
 electis, & rursus sublimandis, ostendet. Eandē con-
 tentionem habes Ioan. 9. inter discipulos & Chris-
 tum: prætereuntes enim discipuli, cæcum à nati-
 uitate, aiunt, Rabbi, quis peccauit, hic, aut paren-
 tes eius, ut cæcus nasceretur? hoc est, quū Deus,
 hunc cæcitate adfluxerit, propter peccatum adflux-
 it: siquidem omnis adflictio, peccati supplicium est.
 Respondet Christus, non oēm adflictionem esse peccati
 pœnam, sed interim, gloriæ Dei manifestationem:
 ait enim, neq; hic, neq; parentes eius peccauerunt,
 sed ut manifestentur opera Dei in illo. Peccarunt
 quidem & parentes, & cæcus, quando oēs homines
 peccato obnoxij sunt: propter peccatū autem, hæc
 calamitas, cæco non adcidit, sed ut declararetur
 in eo maiestas, & potentia Dei, per Christum.
 Ita & Hiob, peccauit quidem, quis enim iustificatur
 in conspectu Dei? propter peccatū autem, non
 adfluxit eum Dominus, sed ut gloria Dei manifestaretur.

Hec ratio est
 crucis piorū.

tur,
 muni
 no te
 quit
 prop
 amic
 pia d
 nans
 murr
 nunt
 dunt,
 quem
 extre
 refra
 ira &
 ret, r
 me se
 nulla
 uerfu
 inuist
 state
 nez d
 inter
 habe
 hone
 iustit

ENT, G

tur, & uanitas hominis à Deo derelicti, uniuerso mundo nota fieret. Porro, quanquã Hiob, à Domino testimonium ferat, cap. 42. infra, quòd uera loquutus sit, amici autem impia, non existimes Hiobẽ propterea, in omnibus suis uerbis iustificatum, & amicos, ex omni parte errasse: est enim, ubi Hiob pia differit, causse sue, aduersus amicos, patrocinians: est ubi impia profert, aduersus Dei iudicium murmurans: contra Hiobis, amici, ut pie proponunt, ita impie, contra Hiobis innocentiam concludunt, id quod clarius ex sequẽtibz cognosces. Nam quemadmodum si uir honestus, calumniã à quopiã extreme sortis uirine, patiens, causam ad iudices referat, et sic calumniatorem aduset, ut interim prætra & animi indignatione, à conuiijs non temperaret, nec dignitati iudicis parceret, sed importunissime nunc iudicem, nunc calumniatorem adpellaret, nulla habita honesti ratione, is quidem causam aduersus calumniatorem ageret iustam, & æquam, sed iniuste & inique perageret, non pro actionis honestate, sed pro importuno animi furore, ut Nebucadnezar iustam causam aduersus Iudeos habuit, sed interim iniuste exequutus est. Sunt & qui iniustam habent causam, sed iuste eam exequuntur, hoc est, honeste, ciuilitè, opportune, nullis cõuiijs. ita Hiob iustam cõtra amicos causam agit, scilicet, ad afflictio-

Hiob interdũ blasphematur, amici eius bene differunt sed male colligunt.

ANNOT. IN HIJOB.

nes nō arguere impietatē hominis, aut trā Dei, sed iuste peragit, solet enim in mediā causse actiōe, non nūquā in Deū et eius iudiciū, tātum nō debachari, amici uero iniustā agūt causam, quæ est, ex adflictionibus, probari impietatem, sed iuste peragunt, multa enim differunt præclara, de sapientia, de potētia Dei è penetralibus diuini spiritus, petita. Proin, utriusq; peccatur, sed Hiob præ amicis ueritatis testimonium habet à domino, propterea quod solus iustam piāq; causam tractauerit.

An ne dum tentauero loqui tecū molestia adficiers? sed cohibere sermonē quis poterit?

Ecce erudiisti multos, & manus lassas confortasti.

Nutabundum erexerunt sermones tui, & genua incuruata sustulisti.

Nunc autem quum tibi acciderit (malum) moleste fers, & quum tetigerit te, obstupescis.

An ne is est timor tuus & fiducia tua, expectatio tua, & innocētia uiarū tuarū.

DIVERSA LECTIO

Vbi Hebræus habet (cōcludi in sermone quis poterit)

berit? Ibi Græcus legit ἰσχυρὸν δὲ πημάτων σου τίς
 ὡσοῖται id est, pondus uerborum tuorum, quis feret
 atq; adeo per totum hunc librum, aliter Græcus legit
 quã Hebræa ueritas habeat, ut ferè uideri possit, pro
 prius liber, non ex Hebræo tralatus. Proinde paruius
 adnotare cogimur Græcæ lectionis diuersitatē, nisi
 ubi clarius sententiam quampiam exponat.

AN NE DVM TENTAVERO &c.

Primus Eliphas tantis ampullis, & tanto superci-
 lio exorditur, ut iurares cogi eum à spiritu sancto, glo-
 riam Dei aduersus impiam, pro sua opinione, Hiobis
 præsumptionem uindicare, ait enim, quanq̃ uideã te
 ingenti dolore obrutū, et cōsultius esset tacēdo dolo-
 rem mitigare, quã loquēdo excitare, sed quis po-
 terit ferre blasphemias tuas in Deum? si homini, tuis
 calumnijs, suam gloriam auferres, liceret nunc pro-
 pter doloris magnitudinem conuiuere: at cum Deum
 iniusticiæ insimules, q̃s tacebit? an uero, Deus citra
 ullam impietatis causam, te adfligeret, quò interim
 abisset diuina iusticia? Itaq; os porrò contineat non
 possum, quin impiam tuam sententiam arguam: siue
 igitur æqui, siue iniqui, meum sermonem consulas, ni-
 hil morabor, pro gloria enim Dei, loqui, etiamnū co-
 gor. Existimabat enim Eliphas, gloriam Dei euacua-
 ri, si pro uero haberetur, Deum citra meritum,
 pios supplicijs adficere, quasi uero Deus ut homo,

ANNOT. IN HIOB

iudicaret. Humanus quidem captus docet, neminem
 extra meritum adfligendum esse, alia autem sunt iudi-
 cia Dei. Quemadmodum enim apud Ethnicos, quor-
 dam supplicijs adficiiebantur, propter scelera sua,
 quidam uero non propter scelera, sed duntaxat ad uo-
 luptatem, spectaculis adhibiti occidebantur; ita quor-
 dam Deus punit, propter facinora: quosdam adfli-
 git, ut sint spectacula, pietatis exempla, & gloria
 Dei encomion. 1. Corinth. 4. Spectaculum facti sum-
 mus mundo, angelis & hominibus. Heb. 10. Pro-
 bris & pressuris adfecti, spectaculo fuistis homini-
 bus. Proinde quod Eliphaz argumentetur, iustos be-
 nedici, & impios adfligi, uere loquitur, sed carnalia-
 ter intelligit, & impie ad Hiobis adflitiones torquet.

ECCE ERVDISTI. Id est, haec hucusque alijs
 consilia praecleara in adflitione dedisti: & uelut de-
 licatus miles, de muro ictus dicta struit omnes qui ual-
 demus, recte aegrotis consilia damus: at nunc quum
 adflitio te ipsum inuasit, blasphemijs & furore de-
 claras, qui sis, nempe impius, & a Deo abiectus.

AN NE IS EST TIMOR TVVS &c.

Absoluto exordio fastu pleno, causam ipsam ad-
 greditur: ex adflitionibus, impietates Hiobis pro-
 bans, adfligeris, inquit, impius igitur es, id quod est
 commune carnalium omnium argumentum, est enim sententia,
 Putasne, tibi innocenti, Deum timenti, tantas cala-
 mitates

Argumentum
 perpetuum
 libri.

larmatas accidere? ante quidem, innocens uidebaris, uiuās pauperes, & cōsolans adfluctos, sed ecce, erumpit tandem impietas tua, diu latens, propter quā nunc à Deo pœnam dignam sustines, qui enim fieri posset, quod tanta seueritate, à iusto Deo, citra meritum adfligereris? iniustus ne esset dominus, qui tanta mala, in immeritum coaceruaret? p̄inde, abiit timor tuus, euanuit innocentia hypocritica, & nihil præter impietatem, superat. Quod si probe consideres, recte Elphas testatur, innocentiam & timorem Dei, à Hiobe recessisse, immò potius aliquandiu abscondita esse, fixorem enim domini quis sustinet? & unde blasphemiae illæ superiores? nonne oriuntur e corde, damnationē sentiēte? sed quid hæc ad causæ scopum? non enim nunc quæritur, qualis, proposito iudicio Dei, Hiob, reperiat (nullus enim quantumuis iustus, iudicāte Deo, constat) sed an adfluctio cōtulerit merito, & propter impietatis causam?

Memorare obsecro, quis innocēs perierit, & quando recti deleti sint?

Quemadmodum uidi arantes iniquitatem & seminantes laborē, messuisse ea,

Aflatu Dei periisse, & a spiritu iræ eius consumptos esse,

Clamor leonis & uox leuculæ, & den

ANNOT. IN HIOB

tes catulorum leonis, contriti sunt.

Leo perit, ut nō depredetur, & catu-
li leonis dispersi sunt,

DIVERSA LECTIO.

Vbi nos habemus iniquitatē & laborem, ibi He-
braeus habet **למנוח** quibus describitur, im-
piorū frustraneus, sed tamē laboriosus & irrequie-
tus conatus. Sunt enim omnia eorum opera auen &
amal, id est, uanitas & adfuctio.

MEMORARE OBSECRO &c.

Prioris argumēti, quod ex adfuctionibus probe-
tur impietas, cōfirmatio, nā & lege & exemplorū
experientia, manifestum fit, iustos & innocentes be-

Iusti benedi-
suntur.

nedici, impios uero maledici, & adfligi, Leuit. 25.
Deut. 28. Enoch, à Deo raptus est, quia pius: Noë cū
familia è diluuiio: Loth, ex incēdio, liberati sunt, qd
pij. Rursum, omnes gentes diluuiio perierunt, quia

Impij perie-
runt.

impia: Sodomitæ, sulphure cōbusti sunt, quia impij,
Pharao aquis submersus est, quia impius. Sed hoc lo-

Male colli-
git ratio hu-
mana, impi-
os esse qui ad
legem, Arbitrij libertatē colligere, cū lex captiuitatē
figuntur:

co, diligentissime aduertat oportet, carnales astus, et
stultam humanæ rationis prudentiā, quemadmodum
enim aliās, in Liberi Arbitrij caussa, ridicule solet ex
potius, quàm libertatē indicet, & magis irā, quàm
fauorē operetur, ita nimis subdole, ex adfuctione im-
pietas

pietatem colligit, propterea quod pronunciet lex,
 impios maledici, iam, ut uerissimū est, omnem impi-
 um adfligi, ita falsissimū fit, si inuertas, oēm qui ad-
 fligitur, impium esse. Ridetur à pueris elementarijs,
 qui sic argumētatur, Omnē hoīem uiuere, quicquid igitur
 uiuit, hominē esse, Quanto magis ridendus, aut
 potius exhibendus est Eliphaz, qui nō minus inepte,
 legis sententiā, qua impijs maledictio decernitur, in-
 uerit, consecratiōem putant, oēm maledictum esse im-
 pium. Sed ut hæc clarius intelligas, paulo altius repe-
 tēdum est. Lex ait, Si audieris uocē Domini Dei tui,
 (id est, si pius fueris) benedictus fructus uentris tui,
 terræ tuæ, & iumentorū tuorum, abundare te faciet
 Dominus, oībus bonis, apertet dominus thesaurū &c.
 Si uero nō audieris, maledictus eris in ciuitate, in a-
 gro, percutiet te Dominus ulcere: plantabis, & alius
 comedet &c. Iam quum ad hanc legis amussim, com-
 munes mores, & rerum fortunam exigamus, pla-
 nē diuersum accidit, nā & bonis cōtingūt mala, &
 malis bona, atq; adeo quæ lex pijs decernit, impijs e-
 ueniūt: quæ impijs, accidunt pijs. Decernit lex pio be-
 nedictionem fructuum, uentris, terræ, iumentorum,
 horrei, uictoriam sup inimicos, thesauri abundan-
 tiā: sed ecce, hæc oīa accidunt impio, testāte Psal. 4.
 Frumētū eorū, et mustū eorū (impiorū) multiplica-
 ta sūt &c. Psal. 72. Nō est respectus mortis impiorū,

Benedictiōes
 impijs obue-
 niūt & male-
 dictiōes pijs.

ANNO T. I N HIOB

in labore hominum non sunt, cum hominibus non
 flagellantur: ecce ipsi peccatores, & abundantes,
 in seculo obtinuerunt diuitias. Eccle. 8. Sunt impij,
 qui ita securi uiuunt, quasi iustorum facta habeant,
 Hiere. 12. Via impiorum prosperatur, bene est omni-
 bus, qui prauaricantur: plantasti eos, & radicem
 miserunt &c. Contra decernit lex impio maledictio-
 nes, tormenta, egestatē &c. Sed hæc omnia in ca-
 put piorum redundant: ædificant pij, sed alius pos-
 fidet: plantant uinum, & alius uindemiat: percu-
 tiuntur ulcere & morbis, ut Hiob: sunt proverbij
 & fabula, omnibus populis. Breuiter, quicquid lex
 impijs minatur, pijs contingit: Sunt, inquit Ecclesi-
 astes, iusti, quibus mala proueniant, perinde ac si
 impiorum opera egissent, Esaiæ. 52. Iustus perit, &
 nemo est qui recogitet corde. Itaq; caro prudentiam
 suam ex lege, citra spiritum petens, necessario iudica-
 cat ex adflictione, pios esse impios, & ex benedictio-
 nibus, impios esse pios: ac eos colligit, Domi-
 no gratos, quos uidet opulentia, potentia, sanctita-
 te, alijsq; bonis corporalibus dotatos: eos uero ab-
 rectos, quos uidet adflictionibus, cruciatibus & do-
 lore premi. Sed longe alia sunt iudicia spiritus, is en-
 onum piorū, nim intrans in sanctuarium Dei, & cognoscēs ab-
 & benedictio sconditam eius sapientiam, intelligit impios ideo be-
 nū impiorū. nedici & magnificari, ut postea grauius maledicantur,

Ratio adflicti
 onum piorū,
 & benedictio
 nū impiorū.

tur,
 ma
 ten
 ma
 erit
 ciu
 pijs
 fru
 mal
 cret
 pro
 tur,
 rep
 rus
 cidit
 & t
 qua
 git,
 do p
 uirg
 filio
 QV
 ter
 mer
 tur

tur, & deiciantur: Pios uero, ideo deicit in extre-
 mas miseras, ut postea altius, in æternam sublimita-
 tem efferantur, Eccle. 8. Etiam si peccator, centies
 malum faciat, & diu uiuat, noui tamen, qd' bene
 erit timentibus Deum, Quid igitur? an lex menda-
 cium est, quod adfluctiones, quæ non adcidant im-
 pijs, minetur, & pijs bona promittat, quibus non
 fruuntur? absit: nam quod impijs non mox eueniunt
 maledictiones, & pijs benedictiones, per legem de-
 creta, dilatio probationis est, non mendacium. Tam
 pro communi prouerbio, quod differtur, non aufer-
 tur, habent enim & hi, sua bona, & illi, suã iram
 repositam, in diem illum, quo Dominus iudicatu-
 rus est uiuos & mortuos: interim uero diuersum ad-
 cidit, ut impij subinde magis atq; magis obdurètur,
 & pijs sincerius probentur. Itaq; non tam ridicule,
 quàm impie, humana ratio, ex adfluctionibus colli-
 git, iram Dei, & impietatem hominis adflucti, quã-
 do potius, ut pater filium quem diligit, castiget, &
 uirga non parcat: ita Deus, quos elegit, unã cum
 filio suo Iesu Christo domino nostro, crucifigat.

QUANDO RECTI DELETI SVNT?

Vera differit Eliphaz, sed pro carnali iudicio in-
 terpretatur: non enim pereunt innocentes, sed ta-
 men adfliguntur: non moriuntur iusti, sed occidun-
 tur, non delentur, sed opprimuntur: Abel occisus

Cur pijs benedictiones dif-
 ferantur, &
 impijs maledictiones le-
 gis.

Iusti non des-
 lentur.

ANNOT. IN HIOB

est, sed non mortuus: Hiob innocens, adfligitur, sed non perit &c.

QVEM ADMODVM VIDI, &c.

Prouer. 10. In iuria ab ipsis concepta, obruet eos. Non Pereunt, inq̄, iusti & recti, sed impij, qui enī arant iniquitatē, & seminant impietatē, quod aliud meterent, quā qd' ararunt & seminarunt, hoc est, laborē & dolorē? Prouer. 22. Qui mala seminat, mala metet, oportet enī fructū, seminis genus referre: proinde, cū impij, nihil aliud spirent, conētur, med-

Impiorum iudicium.

tētur, ac operentur quā impia, rectissimo iudicio, fructum suo labori æquū, qui est perditio & damnatio, reportant: hoc namq; impiorū iudicium est, ut pereant à facie Dei, & à spiritu labiorū eius interficiantur, Esa. 11. Psal. 67. Sicut defecit fumus, deficiant: sicut fluit cæra à facie ignis, sic pereant peccatores, à facie Dei. Exaltantur quidē impij, sicut cedrus in libano, in excelsis gradientes: sed quid ipsis corā Deo fragilius aut contēptius est, quod nullis gladijs, nullis bōbardis sola autē leui oris Dei flatu, & ad spectu eius duntaxat duriusculo, pereant?

Opus impiū, meretur impij iudicium.

NOTABIS hoc loco metaphorā, à naturalibus rebus sumptā: quēadmodū enim, qui arant & semināt hordeū, metunt hordeū, qui triticū, metunt triticū: ita, qui impia semināt, metūt & impiorū iudiciū.

Tyranni mores leonū.

CLAMOR LEONIS. Id est, tyrānū pereunt, nō mites & misericordes. Tyrāni describuntur, per leonē & per clamorē, uocem, ac dentes leonū;

terribiles minæ, exactiones, opprēssiones tyrannorū
 intelligūtur, qui tantū non plebē subditā excoriant,
 & p̄bidine sua, cūcta deprædātur. Sic & aliās in
 scriptura, sub his nominibus, tyrānorū mores adum-
 brātur, Ezech. 19. Iehoaīim factus ē leo, didicit præ-
 dā capere, & hoīes deuorare, didicit uiduas facere &
 ciuitates desolare: sunt enī leones, expressissima ty-
 rāni εικόνες, nam sæuissimū oīm animalū est leo, solo
 suo rugitu, reliqua animātia terrens, telū spernit, ue-
 nabula nō expauescit, qđ uero ad esum spectat, deuo-
 rat in mādendo solida: quālibet aut̄ sæuus sit, terre-
 tur tamē orbibus rotarū circūactis, & gallorū cātū:
 ita tyrānus in subditos imperiosissimus, sola uoce ter-
 rorē incutit, nullū periculū, quāuis magnū, timet, mo-
 do tyrannidē retineat, cunctas ciuiū opes deuorat, et
 deuastat. Porro, ut maxime crudelis sit, habet ta-
 men suum iudiciū, quo dentes eius conteruntur, &
 catuli eius disperguntur, hoc est, quo propter tyrā-
 nidem, & seuitiam, dignam meritis pœnam, luet:
 est enim tyrannorum iudiciū, perditio, Esa. 33. *Ve*
 qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? qui sper- *iudiciū ty-*
 nis, nonne & ipse sperneris? Ezech. 32. in quo capi *rannorum.*
 te, Propheta pulchre, futurum tyrannorum muni-
 cipaliū, infernū esse describit. Ex his colligit Elphaz
 Hobem esse reum impietatis, & tyrannū, quādo iu-
 dicio & supplicio impiorū ac tyrānorū, obrutus sit.

ANNO T. IN HIOB

sed quàm candidè & dextre, ex superius dictis manifestum est.

Porro, ad me aliquid furtive dictum est, & suscepit auris mea, ex eo, notabile quidpiam.

Cogitante me uisiones noctis, cadente somno, super homines.

Pauor occupauit me, & tremor, ac omnia ossa mea exterrita sunt.

Et spiritu, faciem meam prætereunte, horruit pilus corporis mei.

Stetit, cuius uultum non agnoscebam, imago coram oculis meis, silentiũ erat, & uocem audiebam.

An homo, iustior Deo est? an uir, purior factore suo?

Ecce, inter seruos suos, non est fidelis, & in angelis suis, reperit stulticiam.

Quanto magis in eis, qui inhabitant domos luteas, quorũ fundamentum, ex puluere est, qui consumedi sũt, a tinea.

Qui a mane, ad uesperam usq; (durantes) contunduntur, necdum suspicantes, in æternum pereunt.

Non

Nōne abeūt reliquiæ inter eos, & moriuntur priusquam intelligant?

DIVERSA LECTIO.

Vbi Hebræus legit, וְלֹא יָבִין אֶת דְּבַר יְהוָה ibi
 Grecus habet, εἰ δὲ τίς ἡμᾶ ἀληθινὸν ἐχέζονε ἐν
 λόγοις σου, οὐδὲν ἄν σοι χύτων κακὸν ἀπὸ πάντων
 εἴη. Id est, si Verbum uerum fuisse in sermonibus
 tuis, nihil tibi huius mali contigisset, nam & sequen-
 tia non conueniunt cum Hebræo, &c.

PORRO AD ME ALIQUID.

Secunda confirmatio, quod Hiob merito adfligatur **Argumento a**
 constans ex argumento a iusticia Dei ducto: nam cū iusticia dei du-
 solus Deus iustus & uerax sit, omnis aut homo men- cto, pbat im-
 dax, per legem, sub peccatū conclusus, qui fieri pos- pietatem
 set, quod aut Deus iustus, iniuste adfligeret, aut homo Hiobis.
 iniustus, citra meritum adfligeretur? Porro, Eliphaz
 hanc confirmationem exorsurus, ut fidem uerbis suis
 adserat, præfatur prius de reuelatione diuina, de illa
 ipsi spiritus sancti, quasi diceret, quod nunc secūdo lo-
 co dicā, nō somniū est, non aniles fabulæ, sed diuina
 inspiratio, & spiritus sententia, contra quam nullus
 uel hircere audebit, nō enim quæ nunc ad causse meæ
 confirmationem, loquar, ex humana inuentione, aut
 hominū cōmentarijs, petita sunt, sed e secreto, diuine
 maiestatis adyto: sunt aut quæ sequuntur, nullum scilicet

ANNO T. IN HIOB

cet hominem, esse Deo iustiorē, aut puriorem, sed et angelos, cū Deo collatos prauos esse. Quis uero hoc quantumcunq; rudis, ignoret? neq; ad hanc rem cognoscendam, nouis opus est miraculis, et reuelationibus, sed ē uerbo legis patet: Lex enim ideo et literis descripta, et nobis à Deo insculpta est, ut duca nos, in nostri cognitionem, et doceat, quantū homi-

Pseudopro- distat à Domino Deo suo Sed hic Pseudopropheta, de uisio- familiaris mos est, sua magnifice et gloriose iactare, de uisionibus nouis gloriari, cum interim nihil praeclaris glori- rius doceant, quā quod alioqui ē cōmuni Verbi Dei antur. predicatione manifestū est. Spiritus nanq; mendacis, ideo tantis ampullis, ueritatis uisionem celebrat, ut cō- modus sub ueritatis specie, suas nugas inculcet. Quā- quam aut uerissimum sit, quod Eliphaz hoc capite de puritate Dei, et impuritate creaturæ, ad Deum col- late, differit, non tamen in loco, nec ad causam, quā tractat, apposite accōmodat.

PORRO ALIQUID AD ME FVRTI
VE etc. Is est uerus modus diuinæ reuelationis: solet enim Dominus sese insinuare, pro furū consuetudine, in medio silentio, et medio noctis cursu, siue consolaturus, siue iudicaturus adueniat. Sic media nocte ingressus est Aegyptum, et occidit omnia primogenita eorum. Sic Helicæ, post cōmotionem et ignem, uenit sybilus aure tenuis, quo uocē Domini audiuit. Sic in

noius

nouissimo die, uenturus est, ueluti fur in nocte, quum
 dicent, pax & securitas. Porro, quo maiore timore **Terror praece**
 & reuerentia, suscipiatur, praemittit terrorem, quo **dit Dominum.**
 praesentiam maiestatis suae declarat, id quod non ad-
 modum, ab humanis moribus abhorret: imperatore
 enim, nouiter ingrediente urbem, undiq; bombardarum
 tonitrua circumstrepunt, aduentantis maiestatem
 declarantia, ita imperator, omnium Opt. Max. terro-
 rem, initio reuelationis incutit, ut eo reuerentius sus-
 cipiat. Cuius rei exemplum habes 3. Reg. 19. ubi
 ante aduentum Domini, transiit spiritus grandis &
 fortis, subuertens montes, petras conterens, post spira-
 ritum, commotio, & post commotionem, ignis. Simi-
 liter Exo. 19. Dominum, per legem aduententem, ton-
 nitrua & fulgura excipiebant: non enim potest uox
 Dei, dulciter suscipi, nisi ante omnes uires carnales
 concussa, & sabuersa sint: nec potest Dominus suauis
 esse, nisi ante grauis fuerit: unde & ante Euangelion,
 suauis & dulce, praemisit Moisen, durum & austerum.
 Proinde Eliphaz, hoc loco, uerum quidem: diuinae re-
 uelationis modum, explicat, sed gloriosius & intena-
 pestius, quam spiritus ferat, proponit, dicens, clar-
 culum se, quasi furtiue arcanum quidpiam in uisione no-
 cturna, quum omnia horribili silentio impleta essent, ex-
 illapsu spiritus sancti adcepisse: & quanquam omnia alta
 quiescent, se tamen omnibus suis osibus concussis,

ANNO. IN HIOB

Spiritus de-
scriptio.
Ioan. 2
Act. 9

obstupuisse: tanto enim terrore insinuat se Dominus
Quod uero dicat, imaginem coram oculis stetisse, cuius
uultum non agnouerit, spiritus descriptio est, cuius
uocem quidem audimus, sed nescimus unde ueniat, et
quomodo uadat, nam et Saul ex equo concussus, uocem
audiuit, neminem uidens, id est, uultum non agnoscentem.
ideo ait: Domine, quis es? et audit: Ego sum te
quem tu persequeris. Græcus significantius habet
ὁδὸν καὶ οὐκ ἦν μορφὴ πρὸ ὀφθαλμῶν μου ἀλλ'
ἦ αὐτοῦ ὄρον καὶ φωνὴν ἠκῶσαν, id est, uidi, et non erat forma
ante oculos meos, sed auram et uocem audiebam.

AN HOMO IUSTIOR DEO EST?

Hæc est uisio et uox Dei, tantopere ab Eliphaz
etata, hominem non esse Deo iustiorum, quid isto ue-
rius? nam et aliâ Scriptura inquit: Non iustificatur
in conspectu Dei omnis homo. Item: non iustificatur
à facie Dei omnis caro. Item: Omnis homo mendax,
solum Deus uerax. Hac itaque ueritate, conatur Eliphaz
probare, neminem adfligi à Deo citra meriti causam.

Deus iuste ad-
fligit immeri-
tos.

propterea quod hac ratione, homo immerito adfligitur
multo iustior Deo esset: siquidem iustior est, qui malum
patitur insons, quam qui malum infert immerito. Tam equum
quam Dominus Hiobem sine causa plectat supra caput
et nihil tamen iustitiæ eius decedit, quando et hæc, non
minima iustitiæ, ac sapientiæ diuinæ pars sit, quod ad
fluctionibus probet, et suam maiestatem per crucis infirmitatem
mutatam declaret.

EC
Deu
eomend
etissimi
Deo, su
corrue
no est ue
q adhuc
Dei est,
QV
Arg
spectu D
mines,
preclar
re, id est
carne, ca
sum ac c
nenda e
am Qu
is, pote
fueris, q
lutum e
fies: qui
pheta, i

Mag

Ecc

ECCE INTER SERVOS SVOS &c.

Deme ab electis, ab angelis, quod Dei est, nihil eōmendabile remanet. Angeli initio purissimi & sanctissimi cōditi sunt, sed q̄ primū aliquot, contempto Deo, sua dona admirabantur, à ueritate in mendaciā corruerunt, Iohan. 8. In ueritate nō stetit (Satan) quia nō est ueritas in eo, mendax est, & eius rei pater. Et q̄ adhuc inter angelos stabiles sunt, si & ab ipsis, qd' Dei est, auferes, nil nisi uanū, & inane relinques.

QUANTO MAGIS IN EIS QUI &c.

Argumentum à maiori: si angeli cœlestes, in conspectu Dei non sunt iusti & puri, quanto minus homines, ex luto terræ formati. Quid enim in homine præclarum esse posset, cuius fundamentum in puluere, id est, qui de puluere terræ factus est? Quod est ex carne, caro est, quod igitur ex luto & cœno est, luto sum ac cœnosum fit. Hæc sententia alta mente reponenda est, ut ea deiciamus carnis nostræ adroganti-

Contra adrogantiā carnis.

am. Quid enim superbis de nobili prosapia, de diuitiis, potentia & maiestate regia? respice amābo, quid fueris, quid sis, & quid fias, ac cristas erigere desinas, lutum eras, sterquilinum es, putredo, & uermiū escas: quid igitur gloriaris? Qui gloriatur, inquit propheta, in Domino gloriatur &c.

CONSUMENDIA TINEA.

Magnificentior forte homo putaretur, si leonis esca

ANNOT. IN HIOB

fieret, aut alterius generosi animatis: nunc cum sit
uermium & tinearum esca, quid eo abiectius, & co-
temptius? Sic alibi umbra, alibi fumus, alibi fumi som-
nium & umbra dicitur, quibus rebus nihil inanus ca-
cogitari potest. Sunt tamen hæc uocabula, fere digno-
ra, quæ ut ad plenû hois indignitatem explicare possim.

QVIA MANE AD VESPERAM &

Id est, breuissima est hominum duratio, & uix
ἐφ' ἡμέρας, ut quæ uix durat à mane usq; ad uesperam.
Non igitur frustra dicitur, Homo BVLLA est, &
ὄϊν περὶ φύλλων γενεὴ πικρὰ ἐστὶν ἀνθρώπων. Quæ
le est foliorum genus tale est & hominum.

Es wæret ein
zona und ein
uesper.
Homerus.

NONNE ABEVNT RELIQVI AE.

Id est, optima & electissima pars inter homines
perit, usq; adeo fragilis est hominum conditio, ut præ-
stantissimus & electissimus inter eos, non perduret,
sed intermoriatur.

PRIVSQVAM INTELIGANT.

Id est, incauti, improudi, opprimuntur, & longe
aliud suspicantes, quàm mortem. Quid igitur crispas
erigeret homo, aduersus Deum, & immemor conditio-
nis suæ, Deo resisteret? Hæc omnia, ut uera sunt, ita
non probant sententiam Eliphaz, nam ut maxime De-
us solus iustus, & omnis homo mendax sit, per fidem
tamen in Christum iustificatur homo, ut habeat pacem
erga Deum: proinde ad afflictiones post fidem non sunt
impia

impia
probat

C

I

C

Sec

occidi

Eg

malec

Lo

runtu

Cu

ab ar

substa

No

de hu

Se

cut p

Hel

rannos

pi ues

Cl

impietatis, iam per fidem ablata, supplicia, sed crux,
proballo & gloria Dei instrumenta.

CAP. V.

Ita obsecro, aliquem, qui respondeat tibi (uel similis sit tibi) etiamsi ad aliquem sanctorum te uerteris.

Sed stultum interficit, & insipientem occidit zelus.

Ego uidi stultum bene radicatam, & maledixi pulchritudini eius statim.

Longe fiunt filii eius a salute, & contemuntur in porta, nec est liberator.

Cuius messem famelicus deuorat, & ab armatis spoliatur, absorbent sitibundi substantiam eius.

Non egreditur calamitas de terra, nec de humo germinat afflictio.

Sed homo ad afflictionem nascitur, sicut pulli uolatilium eleuantur uolatu.

Hebraea phrasis per famelicos & sitibundos, tyrannos & latrones describit, alienis opibus, ueluti lupi uestertini inhiantes.

CITA OBSECRO etc. Quod uulgata